

tica, ab eo edita, ab alio ullo in ditione Sacri Romani Imperij excudi, ac publicari  
et uendi. Multam contra hoc edictum facientibus irrogantes decem librarum au-  
ri puri, quae toties persoluantur, quoties aliquis contumaciter hoc edictum Maie-  
statis nostrae uiolabit. Ita ut reus in super omnes tales libros statim amittat,  
quae ita dividuolumus, ut dimidium Aerario seu fisco nostro inferatur, dimidium  
uero attribuatur d'cto Erasmo Rheinholt, sarcina didamini sui causa. Ac  
mandamus, ut omnes Magistratus ubiq; locorum Maiestati nostrae subiectorum et  
ultra et implorata ope ipsorum curent exequiuoluntatem huius nostri Edicti, et  
concessionem Priuilegij nostri defendant omni potestate Legitima, sicut poterunt  
et debebunt, In hac res singulariter obtemperatur nostrae uoluntati. Nam sum-  
ma cura hoc agimus, ut Respub. consilijs, legibus et armis nostris bene constituta  
floreat cum alijs ornamentis Ciuilibus, tum uero studijs harum præsentim artium,  
de quibus hoc edictum nostrum proponitur, Harum testimonio Literarum ma-  
nus nostræ subscriptione, et sigilli nostri appensione munitarum. Datum in  
arce nostra Regia Pragæ Die uigesima quarta mensis lunij. Anno Domini Milles-  
imo quingentesimo, quadragesimo nono. Regnum nostrorum Romani decimo  
nono, Aliorum uero uigesimo tertio.

F E R D Inandus

Ad mandatum Sacre Regie  
Maiestatis proprium  
M. Cornichus.

Simile Priuilegium auctoriconcessum  
est ab Imperatoria Maiestate.